



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Venerabilis Patris Thomæ à Jesu ... Opera Omnia

Homini Religioso Et Apostolico Tam Qvo Ad Vitæ Activæ, Qvam
Contemplativæ functiones utilissima, Duobus Tomis Comprehensa. In
Qvibvs Singvlari Pietate, Varia Ervditione Clariori Et Breviori Stylo
Continentvr Et Explicantvr ...

Tomás <de Jesus>

Coloniæ Agrippinæ, 1684

Argumentum Regulæ, Sive Institvtionvm Ioannis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38601



D. JOANNIS
XLIV. HIROSOLYMORUM
EPISCOPI,

SS. Augustini, Hieronymi, & Chrysostomi coætanei,

LIBER DE
INSTITUTIONE

PRIMORVM MONACHORVM

In Lege veteri exortorum, & in nova
 perseverantium.

AD CAPRASIVM MONACHVM.

Interprete **AYMERICO** Patriarchâ Antiocheno.

ARGUMENTUM REGULÆ,
SIVE INSTITVTIONVM IOANNIS.

In hoc libro dum principium, & originem Ordinis Carmelitarum Joannes perscrutatur, ab **ELIA** primo hujus Religionis Authore sumit initium, docens, quo tempore magnus hic propheta floruit, à quo genitus, unde ortus, & quibus in locis in primordiis suæ vitæ fuerit conversatus. Deinde, quam institutionem observaverit, observandamque successoribus reliquerit, ostendit. Præterea de locis, quæ primitus hujus Religionis Professores incoluerunt, qualiterque in eis, secundum institutionem ab **ELIA** traditam, vixerunt: nec non etiam de ascensu **ELIÆ** in Paradisum, & de successore ejus in monastica professione **Eliseo**. Subinde verò descendens ad tempora primitivæ Ecclesiæ, tractat de tempore, in quo primum hujus vitæ professores baptizati sunt, ad cognitionemque Evangelicæ veritatis pervenerunt. Denique causam reddit, cur Carmelitarum Ordo **B. Mariæ** Virginis titulo insigniatur, & pallio albo, baculo, zona, & scapulari ornatur. Plenus est liber hic monasticis rudimentis, aliisque sublimioribus institutionibus, tum ex Scriptura, tum ab **ELIÆ** vita, & exemplo collectis. In quo Author allegoricis sensibus, mysticisque interpretationibus mirè abundat, ita, ut rectè de illo **Gennadius** scripserit, *Origenis ingenium, non doctrinam fuisse sequutum.*

CA.